



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. An Ecclesiasticus vsurpans iurisdictionem sæcularem, aut alia regalia possit à laico bonis temporalibus priuari? Et late discutitur, quod Clerici in patrimonialibus eisdem priuilegiis, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. LIII.

An persona Ecclesiastica, qua commiserunt crimen laesae Maiestatis, per Principes seculares & eorum iudices puniri possint? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 20. alias 19.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

§. 1. Affirmatiue videtur respondendum ex Constitutione Regni Neapolis de Personis, qua cauetur, quod si Clericus commiserit aliquod delictum, debet iudicari, & condemnari per suum Episcopum, & non per Iudicem secularem excepto, si commiserit crimen prodicionis contra Regem: & ibi Glossa dicit, si esset crimen laesae Maiestatis. Deinde in multis partibus vi consuetudinis vigentis Clerici rebelles a Iudice seculari puniuntur. Et hanc opinionem docet etiam nouissimè Callistus Ramirez in tract. de lege regia, §. 27. n. 11. qui in Glossa litera D. citat multos alios.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

2. Sed haec sententia non potest sustineri, & contrarium committere docent Theologi, & Iurisperiti, vt Viganius tract. de immunit. Eccl. disp. 2. concl. 2. Bellertus in disquis. cler. p. 1. tit. 3. §. 1. num. 4. vbi pro hac sententia citat tredecim doctores. Idem docet Pelantius tract. de immunit. Eccl. disp. 13. Zanardus in direct. Confess. tom. 3. c. 50. Valenzuela in defensione cens. Pauli V. part. 4. n. 70. & ita nouissimè anno 1600. vt notauit Genuensis in praxi, cap. 72. per rotum, in casu quodam atrocissimae rebellionis cuiusdam Religiosi, qui aliquas terras Regni Neapolitani in manus Turcarum tradere volebat, declarauit Clemens VIII. nam, cum Fiscus allegaret, pro tali delicto quendam Clericum Neapolitanum olim fuisse decapitatum dictum fuit male iudicatum. Et dicta causa fuit a dicto Summo Pontifice commissa Nuncio Neapolitano, dato adiuncto alio Consiliario Clerico; tamen, vt in illo iudicio interueniret, tanquam delegatus a Sede apostolica. Et idè asserit Genuensis; [Hae disputatio in hoc Regno finem accepit, vt cognitio talis criminis pertineat ad Ecclesiasticum, nisi causa delegetur a Summo Pontifice, quae delegatio facta a Clemente VIII. demonstrauit, apud Iudices laicos, circa tale crimen, nullam extare iurisdictionem.] Vnde caute legendus est Ramirez vbi supra.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

3. Ad argumenta in contrarium respondeo, illam Constitutionem nullius fuisse roboris: quia Princeps laicus nullam habet iurisdictionem in Ecclesiasticis; & idè non potest cedere legem, quod Clerici committentes crimen laesae maiestatis iudicentur a Iudice laico. Ad consuetudinem verò allegatam respondeo, esse corruptelam, nec vis vlla praescriptionis; & longè consuetudinis ius dare potest Iudici laico: quia in laicis potestas Ecclesiastica cadere non potest, vt supra probatum est. Ergo, &c. Sed circa praesentem quaestionem vide etiam Cabed. part. 2. decis. 83.

RESOL. LIV.

An Clericus, qui commisit crimen laesae Maiestatis si puniendus a iudice seculari absque praua degradatione iudicis Ecclesiastici? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 30.

§. 1. Affirmatiue respondent aliqui Iuriconsulti, vnde Ioann. de Heuia in Curia Philippica p. 3. §. 2. num. 13. sic asserit. [El Clerigo conspirando contra el Rey, o contra el Reyno excitando tumultos, y mouiendo gente armada contra su persona, o estado, puede ser castigado por el Iuez seclar, sin que proceda actual degradacion ni entrego hecho del por el Ecclesiastico, y assi se ha praticado en di-

uerfos Reynos, como los afirma y dize Paris de Puteo, y lo trae Guillermo Benedicto, y dize ser comun proposito.] Ita Heuia.

2. Ego hanc sententiam ex declaratione Clem. VIII. satis impugnaui in tract. 1. part. 1. immunit. Eccl. resol. 19. vbi plures Doctores adduxi, quibus nunc addo Salzedum in pract. crim. Bernard. Diaz c. 119. litera B. Azorium p. 1. lib. 5. c. 13. q. 8. in fine. Duardum infra in Ref. in Bull. Cen. lib. 2. can. 15. q. 11. n. 31. Maynard de priuileg. Eccl. part. 2. art. 17. num. 6. & Tamburinum de iure Abbatum tom. 1. disp. 25. n. 16.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

3. Sed non grauaor hic apponere quod notat Antonius Bouius in responsione contra N. p. 4. arg. 10. fol. mibi 75. vbi sic ait. [Nel 1520. fu fatta in Spagna vna congiura contro l'Imperatore Carlo V. & la Regina sua madre, nella quale erano molti Ecclesiastici. L'Imperatore & la Regina mandar vno fouori vna Pragmatica in Botmez, la quale referisce il Molina Hisp. Primog. lib. 4. c. 11. que si procedesse contra a i coniuatati, ma le persona Ecclesiastice remisero a suoi Prelati, & al Papa. In Inghilterra referisce il Cardinal Polo lib. 3. de immunitate Ecclesiae, che vncerto Sacerdote solleuo il Regno contro Henrico VII. onde ne segui guerra, & morte di migliaia di persone, & pure se ben castigò gli altri complici, Consigno questo Sacerdote da castigare a suoi Giudici Ecclesiastici. E se qualche Re per offesa Majesta, o sotto tal protesto ha posto mano nei Sacerdoti, & Prelati di santa Chiesa, ha fatto quello che non potea, & non douea, è gliene stato dato da Dio il castigo con infelice morte & estinzione della casa sua.] Ita Bouius

RESOL. LV.

An Clericus propter crimen laesae Maiestatis sit degradandus, & Curia seculari tradendus? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 16.

§. 1. Ad quaestionem propositam affirmatiue respondet Ioannes de Heuia in Curia Philippica p. 3. §. a. n. 23. qui agit de casu nostro in terminis. Vide etiam Romanum consil. 36. Albertinum in c. 1. de heret. lib. 6. q. 11. & 13. & DD. quos ego ipse citavi in tr. 1. p. 1. de immunit. Eccl. resol. 129. afferentes propter grauitatem criminis, etiamsi in iure expressum non sit, Clericum tradendum esse curiae seculari, quamuis non proponatur incorrigibilis.

Quae hic est Ref. antecedens, & late infra in Ref. 327. & in tom. 6. tra. 9. Ref. 74. §. Quemadmodum. & Nec etiam:

2. Sed ibi contrariam sententiam tenui cum multis DD. quibus nunc addo Burbatium lib. 3. consil. 22. Curtium consil. 134. & nouissimè ex neotericis in terminis casus nostri de crimine laesae Maiestatis docet etiam hanc sententiam doctus Barbosa in collect. tom. 4. p. 2. causa 22. q. 5. cap. si quis laicus n. 2. vbi n. 4. & 5. probat supradictum c. si quis laicus, non facere contra nos, neque etiam cap. si quis sacerdotium 11. q. 1. & concludit mordicus clericum pro crimine laesae Maiestatis minime degradandum esse. Et hoc etiam docuerat antea Ignarius de Salzedo in pract. crimin. Bernardi Diaz c. 119. litera C.

RESOL. LVI.

An Ecclesiasticus usurpans iurisdictionem secularem, aut alia Regalia possit a iudice laico bonis temporaliibus priuari? Et late discutitur, quod Clerici in patrimonialibus eiusdem priuilegiis, & exemptionibus gaudent, & contra ea facientes incurvere in censuram Bullae Cane? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 77.

§. 1. Affirm

§.1. **A**firmatiuam sententiam docet Bobadilla in *polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 60.* vbi sic ait. [Si los Prelados ó sus Iuezes ó qualesquier otros Ecclesiasticos vsurpassen la iurisdiccion Real ó otras Regalias, son auidos por estraños de estos Reynos, y pierden las temporalidades, en lo qual por el buen gouerno y politicamente, y con consideracion tienen mano los Iuezes seculares.] Sic ille: & ante illum Garfias de Hispan. nobilit. gloss. 9. num. 32. Borrell. de prestantia Regia Cathol. cap. 7. num. 45. Peguera in pract. crimin. cap. 24. num. 7. & seg. Sesse de inhibiti. cap. 8. §. 3. num. 100. Olibanus de iure fisci cap. 12. num. 3. cum seg. Bayetola in allegat. pro iurisd. sancti Officii, art. 5. num. 127. Mitauete in informat. pro iurisdic. Regia art. 12. Et, quodd magis mitior, Laurentius Osorius Canoniceus Ecclesie Compostell. in su Piña de Rosas lib. 4. in praludio §. 2. & hanc sententiam docent etiam Doctores quos citat & sequitur Callistus Ramirez tract. de lege Regia §. 27. num. 15. in glossa litera F. & Franciscus Pradilla in summa de todas las leyes, part. 2. cap. 8. num. 4.

Sup. hoc lege §. vlt. huius Ref. & alias multas eius not. seq. & signanter supra vide ex Ref. 26. §. Audiam.

Sup. hoc infra in Ref. 70. ad medium; & in Ref. 255. & ex Ref. 256. §. Restat. & in Ref. 257. & in tom. 6. tr. 9. Ref. 66. §. Deinde, & in tom. 7. tr. 6. Ref. 33. §. 1. in fine, & §. vlt. post medium.

Sup. hoc & seqq. in hoc §. supra ex Ref. 26. lege §. Audiam, & seq. sed vide eam per totam, & si placet etiam alias eius prima not.

2. Sed hæc Megalius in 3. part. lib. 3. cap. 11. n. 12. præsumit fieri cum expressa Sedis Apostolicæ licentia, alioquin esset contra libertatem Ecclesiasticam, nam quamuis ex doctrina Innocentij in cap. cum olim, el. 1. de restit. spoliat. & in cap. dilectus, de pen. competat Ordinario iurisdiccion in extraneos impediētes suam iurisdiccionem, par cap. 1. de offic. delegat. tamen procedere hoc non potest, quoad ordinarios iudices seculares contra Prælatos Ecclesiasticos, cum non liceat inferiori superiorem iudicare & punire. Ita ille, & ante illum docuit hanc sententiam Duardus in Bulla Cæne lib. 2. cap. 17. quæst. 5. vbi probat cum Marra iurisd. par. 4. cas. 101. non esse licitum potestati seculari, cuius iurisdiccion vsurpatur ab Ecclesiasticis, eorum bona ac fructus sequestrare, aut; quod magis est, occupare, etiam si bona sint ex patrimonialibus: nam Clerici in patrimonialibus eisdem priuilegiis & exemptionibus gaudent, quibus eorum potuntur personæ. Vide etiam Bonacinam in Bulla Cæne dist. 1. quæst. 18. punct. 3. n. 12. vbi docet, quod iurisdiccion secularis ab Ecclesiasticis vsurpata non confert ius laicis vsurpandi & occupandi bona Ecclesiasticorum ad seruandam æqualitatem in iudiciis; & ita hanc sententiam docuere aliqui Theologi & Iurisperiti Hispani, subscripti in quodam voto, quod penes me habeo, sub die 30. Ianuar. an 1614. Cæsaraugusta, vbi probant non posse iudices laicos occupare temporalitates Ecclesiasticorum. Sic enim asserunt. [No puede este Iuez occupar las temporalidades à los Ecclesiasticos, porque esta prohibido en la Bula] in Cæna Domini, ibi, quæve redditus & prouentus ad quascumque personas Ecclesiasticas pertinentes vsurpant. Vsurpare autem idem est, quod occupare, vt docet Caietanus, & habetur in Clement. 1. ver. vsurpare, y assi lo entiendo Vgolino cap. 17. declarando estas palabras de la Bula Cæne. Item in la misma Bula se dise, etiam in quauis occasione, sine Romani Pontificis, seu aliorum ad id legitimam autoritatem & facultatem habentium expressa licentia sequestrant, &c. [Luego si este Iuez seglar no puede sequestrar los bienes de los Ecclesiasticos menos podia occuparlos, porque mas es ocupar, y vsurpar dichos bienes, quæ sequestrarles, y mas haziendolo con autoridad y persona publica, es cierto haueer incurrido en las penas de la Bula in Cæna Domini.] Ita, vt dixi, habetur in dicto responso subscripto à Magistro Ioanne de Aldouera, y Monfalue, Magistro Philippo Hernandez, Ludouico Serra, Fray Antonio Biella, Magistro Dominico de Altaba, Doctore Ioanne Pardo & Magistro Stephano Bertiz. Et tandem non

definat hic apponere verba Ioannis Dionysij Portocarrero in allegat. pro iurisdiccion Domin. Inquistorum n. 96. fol. mibi 61. sic asserentis. [Llegaron declarar al Inquididor por banito y mandarlo salir del Reyno, y ocupar las temporalidades, como si por semejante procedimiento no se incurrieste en las censuras de la Bula in Cæna Domini.] Sic ille. Vide etiam Cochier in vindic. lib. 1. Eccles. p. 1. cap. 28. n. 8. & Martam de iurisdic. cen. 2. cas. 101.

3. Et tandem omnia supradicta confirmantur ex autoritate doctissimi Thomæ Sanchez in opusc. tom. 1. lib. 3. cap. vnic. dub. 31. num. 2. vbi tanquam certum firmat iudicem secularem non solum non posse procedere contra personam Clerici, sed nec etiam contra res Clerici, quia bona accessoria sunt personæ, quod etiam probauit lib. 2. cap. 4. dub. 55. n. 2. & 31. Cum igitur laici non habeant autoritatem in personis Clericorum, quomodo possunt illam habere in eorum bonis, occupando illa, cum bona, vt dictum est, Clericorum gaudeant priuilegio personæ: vnde in Clem. 1. de vita & honestate Cleric. habetur, quod Clerici gaudent priuilegio clericali, non solum in personis, sed etiam in rebus.

Sup. hoc in Ref. seq. cursu prope finem, & infra in Ref. 61. etiam prope finem, & in Ref. 66. §. 2. à lin. 2. & in aliis multis eius anuot.

RESOL LVII.

An Clerici in Sacris, vel Beneficiari, qui condigne non puniuntur in foro Ecclesiastico, possint à Rege priuari bonis ab ipso Rege obtentis? Ex part. 4. tit. 1. Ref. 4.

§.1. **A**firmatiuè respondet Pereira de manu Regia par. 1. cap. 48. num. 3. & non per viam iurisdiccionis, sed per viam œconomice gubernationis, vt flagitiosos à se & à sua domo arceat, insurgens in hoc, in fauorem legis Canonice, flagitiosos hominibus non sufficienter punitis, illam penam addendo, quod priuentur omnibus bonis, quæ ab ipso Principe habent: vnde sub tali conditione censentur talia bona concessa, sicque adueniente conditione sine vlla iniuria adiunguntur.

2. Sed hæc opinio fundata in aliquo priuilegio Pontificio sustinetur, secus verò minimè; & ad autoritatem Suarez, quem pro se adducit Pereira, respondeo esse disparem rationem in feudo & in aliis criminibus. Deinde cum certum sit, quod ex concessione facta Ecclesie nihil concedenti censetur reseruatum, quod etiam procedit in dubio, vt docet Barbatia in cap. verum, de foro compet. num. 69. Felinus, Tufchus, & alij, quos citat Cochier de libert. Eccles. part. 1. cap. 31. num. 21. quarto à Pereira, vnde pateat Reges dedisse bona Ecclesiis cum tali conditione: Dicendum est igitur quod bona concessa Clericis efficiuntur statim Ecclesiastica, & gaudent eodem priuilegio, quo gaudet persona Clerici, vt habetur in cap. Ecclesia S. Mariae, de constit. & asserunt Doctores communiter. Vide Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. num. 8. vbi probat, bona Clericorum ex titulo spirituali acquisita, esse prorsus immunita à iurisdiccion seculari. Vide etiam Io. Cochier de libert. Eccles. p. 1. c. 18. n. 20.

Sup. hoc in Ref. priores, & infra in Ref. 66. §. 2. à lin. 2. & in aliis multis eius primæ not.

RESOL LVIII.

An index laicus possit punire Clericum in defectu iustitia Ecclesiastica? Ex part. 4. tract. 1. Ref. 80.

§.1. **A**firmatiuam sententiam docet Bobadilla in *polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 91. in fine.* vbi docet Clericum falsa testificantem coram iudice seculari

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & supra in Ref. 16. §. Ad autoritatem.